

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicitia bf  
cum fonte primo

Quis est

qui uelit

omnibus opibus circumfluere atque  
in omnium rerum habundancia uiuere  
ut neque diligat quemquam,  
neque ab ullo diligatur?

Hec enim erit tyrannorum uita nimirum  
in qua nulla fides, nulla caritas,  
nulla stabilis beniuolencie  
potest esse fiducia.

Solem igitur a mundo tollere uidentur  
qui amicitiam a uita tollunt.

Ibidem (Tullius de amicitia).

Nam

quis est,

pro deorum fidem atque hominum,

qui uelit,

→ ut neque diligat quemquam

nec ipse ab ullo diligatur,

circumfluere omnibus copiis atque

in omnium rerum abundantia vivere?

←

Haec enim est tyrannorum uita nimirum,  
in qua nulla fides, nulla caritas,  
nulla stabilis benevolentiae  
potest esse fiducia:

omnia semper suspecta atque sollicita,  
nullus locus amicitiae;

quis enim aut eum diligit quem metuat,  
aut eum a quo se metui putet?

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de*  
*amicitia*, 52-53 (J.G.F. Powell ed., p.343,  
ll.13-22).

Solem enim e mundo tollere uidentur  
qui amicitiam e uita tollunt,  
qua nihil a dis immortalibus melius  
habemus, nihil iucundius.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de*  
*amicitia*, 47 (J.G.F. Powell ed., pp.340-1,  
ll.25-27, 1).